

primum hic Augustæ inchoandum. *D.* Cuinam hujus rei executionem committit? *E.* Ipfis Duumviris Præfectis hujus urbis, catholicæ religionis. *D.* Num illam provinciam lubenti fufcepere animo? *E.* Non, fed interpositis precibus pro avertenda ea fparta fruſtraneis, feriis ad eandem fuſcipiendam adigebantur mandatis Cæfareis. *D.* Quomodo igitur res aggreſſa fuit? *E.* Statim ab initio, omni cultu divino Evangelico interdicto, miniſtri Eccleſiæ, qui cives non erant, e civitate expellebantur: dein templa, Gymnaſium, Collegium ſcholæque triviales occludebantur: præceptoribus quibusvis ſublatis, tam publica, quam privata juventutis informatio ſerio prohibebatur, præcipue inſtructio Catechiſmi Lutheri: cantionum publicarum æque ac privatarum uſus ſub pœna interdicebatur: ſummatim, quidquid ad perniciem atque extirpationem Evangelicæ religionis conducebat, ſum-